Super saxa micaceo-schistosa in Hibernia occidentali (Larbalestier).

Species sit e stirpe *Verrucariae thelenae* vel affinis. Thallus forsan *Lecideae*.

18. *Verrucaria fagicella* Nyl.

Forsan varietas *Verrucariae epidermidis*, sed apothecia minora subaggregata et sporae nonnihil majores (longit. 0,017—22 millim., crassit. 0,007—8 millim.).

In Gallia supra truncos fagorum prope Limoges (Lamy).

Observationes.

Lecanora luridatula Nyl. in Flora 1875, p. 298, varietas (vel subspecies) est *Lecanorae Hageni* Nyl. in Flora 1872, p. 250. *L. Zosterae* (Ach.) accedere videtur, sed iodo gelatina hymenialis ejus persistenter coerulescens (contra in *L. luridatula* e coerulescente vinose rubescens); sed etiam *L. Hageni* zostericola lecta in Jersey a cl. Larbalestier. — Zw. Exs. 64 comparari possit, at revera est *subluxurians* f. *L. subintricatae*. Comparabilis quoque *L. persimilis* Th. Fr. pertinet ad *L. Sambuci* (Pers.), sporis 8—16nis mox agnoscenda.

Dicatur *sincerior* subspecies vel varietas *Lecanorae erysibes* thallo cinerascenti-pallido vel subochraceo-albido, subgranulato, areolato-rimoso, apotheciis pallido-fuscescentibus lecanorinis. Ad mare in Guernsey et in Hibernia (Larbalestier), in Pyrenaeis orientalibus (ipse).

Dicatur *curvabilis* Lecanora omnino similis *L. subdepressae*, sed spermatiis leviter curvulis (longit. 0,008—0,011 millim., crassit. 0,0007 millim.). Sporae longit. 0,017—23 millim., crassit. 0,011—12 millim. Legit eam saxicolam prope Helsingfors E. Lang.

Ut suspicatus sum, *Pertusaria violaria* Nyl. in Flora 1875, p. 299, est *Urceolaria*, apotheciis et spermogoniis deinde lecta a cl. Lamy.

Lecidea tenuicula Nyl. in Flora 1873, p. 293, est solum forma betulicola *L. obscurellae (heterellae)*.

Nomen *Lecidea meiocarpa*, quod jam 1863 et postea dedi in herbariis plurimis, recipienda sit pro „*L. minuta*“ nomine nimis commixto dato in *L. Lapp. or.* p. 145. — *L. alboflavicans* Nyl.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03643-0579-4

longe distat et pertinet ad stirpem *L. globulosae*, cujus speciei quidem subspecies esse possit.

Nomine *meiococca* designavi formam *L. scabrae* Tayl. apotheciis rufescentibus vel subpallescentibus. Differt ita a *scabra* ut *elaeochroma* differt a *parasema*.

Nomen *Verrucaria analeptoides* Nyl. in Flora 1867, p. 180, mutandum est ob homonymon anterius et dicatur *L. analeptica*.

Me indicante in Stzb. Lich. hyperb. p. 6 „*Leptogium bolacinum*" declaratur etiam glomerulos efficere *Ricasoliae glomuliferae*. Hoc, ni fallor, proles est analogae naturae ac „*Stereocaulon nanum*", quod nullum est Stereocaulon, ne quidem aliquid affine, sed sistit quasi *Leprariam* sui generis, atque, ut „*Parmelia lanuginosa*" et aliae crustae plurimae leprarioideae, numquam apothecia profert. Adsunt ita thalli leprarioidei et gonimici et gonidici.

Einläufe zur Bibliothek und zum Herbar.

152. 2 kleinere Mittheilungen v. A. Stutzer aus dem agriculturchem. Laboratorium in Göttingen. 1876.
153. Dr. Conwentz, über die versteinten Hölzer aus dem norddeutschen Diluvium. Breslau 1876.
154. A. Braun, Bemerkungen über einige Cycadeen und kleinere Mittheilungen.
155. Rabenhorst, Bryotheca Europaea. Fasc. XXVII. N. 1301—50. Dresden 1876.
156. Oesterreichische Botanische Zeitschrift. 26. Jahrg. Wien 1876.
157. F. Darwin, on the glandular bodies on Acacia sphaerocephala and Cecropia peltata.
158. The Journal of Botany edited by H. Trimen. New series. Vol. V. London. 1876.
159. Nova acta reg. soc. sc. Upsalensis Ser. III. Vol. X. fasc. I. 1876.
160. Ein Fascikel Flechten von F. Arnold.
161. Tijdschrift der bevordering van Nijverheid. Deel XXXIX. Haarlem 1876.
162. Ch. Darwin, Bewegungen und Lebensweise der kletternden Pflanzen. Uebersetzt von V. Carus. Stuttgart, Schweizerbart 1876.
163. M. E. Morren, la digestion végétale. Gand 1876.
164. Dr. L. Just, Botanischer Jahresbericht 3. Jahrg. (1875) 1. Berlin, Bornträger 1876.

Redacteur: Dr. Singer. Druck der F. Neubauer'schen Buchdruckerei (F. Huber) in Regensburg.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03643-0580-5

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1876

Band/Volume: 59

Autor(en)/Author(s):

Artikel/Article: Observationes 577-578